



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post  
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás**

**[Nürnberg], [1537]**

**VD16 D 1300**

Censvra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34195**

PROPOSITIO XLIX.

**M**edia seruata non saluant, neglecta non damnant.

CENSURA.

**M**edium seruatum saluat, neglectum damnat.

CONDEM. CENSURAE.

**E**tiam diuina praecepta moderatur charitas & necessitas, quid dicemus de humanis praeceptis? Et profecto media si serues, non eris iustior coram Deo, si negligis iniustior, sed iuxta dictamen Christianae libertatis, medijs utendum. De obedientia superiorum non nihil comminiscitur hic Frater, sed suo more, non habent Episcopi ius condendi leges, sed praedicare legem & Euangelium, & ut secundum ordinem fiant omnia, possunt aliquid ordinare ad finem politicum, ut certas lectiones &c. non ad illaqueandas conscientias.

*Episcopi*

PROPOSITIO L.

**S**olus Christus est mediator Dei & hominum.

CENSURA.

**R**edemptionis solus est, sed plures aduocationis.

CONDEM. CENSURAE.

**D**E hac propositione in apologia, Hoc unum addam:  
Sacrificuli